



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

[Liber I-VI]

Baronio, Cesare

Romæ, 1636

Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Ludouicus Aurelius. Fælicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)



VRBANO VIII
PONT. OPT. MAX.

Ludouicus Aurelius.

Falicitatem.



Q UOD tuæ Solium
Maieftatis, Pater
Beatiffime, adire
non reformidem,
facit incredibilis il-
la Benignitas, qua
completeferis vniuerfos; quòd de-
beam, illa fuadet plusquam Regia
Munificentia, qua, cum Ciuibus alijs
meis, compluribus, Fratres quoque
honestiffimis militaribus Præfecturis
exornasti. nam quemadmodum ine-
ptus efferem omninò, fi huiusce com-

IME



2

pen-

pendiariæ Epitomes oblatione tuis
responderi à me posse beneficijs exi-
stimarem; ita ingratus, atque excors,
si hanc obsequij mei testandi oppor-
tunitatem volens, libensque præte-
rirem. Enimuerò vt longè infra cæ-
lum Arbores; quantumuis proceræ,
consistant, extensis tamen, quàm
maximè possunt, ramis, intento ve-
luti digito, Solem indicant, & faten-
tur authorem vitæ suæ; quod dum
illæ faciunt, propioribus tactæ, imbu-
tæque radijs, in ipsa beneficij conte-
statione, nouo beneficij genere per-
fruuntur. idem mihi sperare posse vi-
deor à Sole Maiestatis, ac Benefi-
centiæ tuæ, Pater Beatissime. Qua-
re dum Opusculo huic meo quali-
cumque à tuo nomine patrocinium
imploro, sacrorum Pedum, quibus
humillimè aduoluor, oscula supplex
rogo.

EMI-